

67

DISSERTATIO INAVGURALIS CRITICO - EXEGETICA
DE
**SCHILO A IACOBO
PRAEDICTO**
Genef. XXXVIII, 10.

QVAM
*IVSSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS*
PRO
GRADV DOCTORIS PHILOSOPHIAE
RITE AC LEGITIME CONSEQVENDO
PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI
DIE MAII ANNI CICICCLXXIIII.
SVBMITTET
IO. WOLFGANG. CONRADVS LINCK
FIRMASENSA - HANOICVS.



65

G I S S A E,
apud IOANNEM IACOBVM BRAVN, acad. typogr.

DISTRIBUTOR INGEGENAU - GÖTTSCHE - LINDNER

PRÆDICTO
SCHILO AIA GOBO



Q123A
OMINI LIBRARY SOFT ALBUM

SERENISSIMO. PRINCIPI.
AC. DOMINO.

DOMINO.
LVDOVICO. VIII.

HASSIAE. LANDGRAVIO.
PRINCIPI. HERSFELDIAE. COMITI.
CATTIMELIBOCI. DECIAE. ZIEGENHAINAE.
NIDDAE. HANOVIAE. SCHAVMBVRGI. ISENBVRCI.
AC. BYDINGAE. RELIQVA. CAESAREI. RVSSICI.
S. ANDREAE. ET. REGII. BORVSSICI.
AQVILAE. NIGRAE. ORDINIS.
EQVITI.

PRINCIPI. AC. DOMINO. SVO.
CLEMENTISSIMO.

N V T R I T O R I .
LONGE. INDVLGENTISSIMO.

HOC. QVALECVNQVE.

SVORVM. STVDIORVM. SPECIMEN.

SVMMAE. ANIMI. OBSERVANTIAE. TENVE. PI-
GNVS. CONSECRAT. ET. HV MILLIME. OFFERT.
PRO. SINGVLARIBVS. PARITER. AD. HVNC. VS-
QVE. DIEM. IN. PATREM. SVVM. AC. SE.
CLEMENTISSIME COLLATIS. BENEFICIIS. *MVNI-*
FICIENTISSIMO. PRINCIPI. GRATIAS. PER-
SOLVIT. ANIMO. QVAM. DEVOTISSIMO. PRECES.
AD. SVPREMVM. NVMEN. FVNDENS. ARDEN-
TISSIMAS. VT. LONGAM. ANNORVM. SERIEM.
REBVS. MORTALIBVS. SALVVM. SOSPITEM.
OMNIQVE. FELICITATE. AC. GLORIA. CVMVLA-
TVM. INTERESSE. IVBEAT. *PATRIAE. PA-*
TREM. PRINCIPVM. DECVS. CVIVS. VL-
TERIORI. CLEMENTIAE. DEMISSA. MENTE.
SESE. COMMENDAT.

PRINCIPI. SVO. SERENISSIMO.

AC. DOMINO.

LONGE. CLEMENTISSIMO.

DEVOTISSIMVS. SVBIECTISSIMVSQVE.

IO. WOLFG. CONRADVS. LINCK.



GENES. XXXXVIII., 10.

לא יסור שבט מיהויה ומקוק מבין רגלי עד כי יבא שליח ולוי יקוחה עמי

Quum tota, in qua hoc vaticinum continetur, sectio, illustrè a praeclarum de diuina pentateuchi origine exhibeat testimonium, fata enim populo iudaico hic praedicit moribundus yates, quae multis post seculis impleta vidit senior posteritas: ita etiam in genuino oraculi & cuiusvis illius effati sensu detegendo omnes omnium temporum interpres bene multa inuenere impedimenta, prae primis autem de magna, qua comma decimum inuoluatur, obscuritate, quam saepissimae iactae sunt quaerelae.

Quamuis quidem complures sacrarum pandectarum enarratores hunc vexatissimum locum explicatum iuerint, longe tamen a se inuicem discedunt tanque varias & diuersas illius proferunt

A inter-



interpretationes, ut summa veluti inter illos, qui agmina ducunt, linguarum obseruetur confusio. Quilibet fere aliam illius dedit enodationem, vel aliam saltem ingressus est viam, qua nondum huncce soluere effatoue lucem afferre laboraret.

Si autem dicendum, quod res est, licet eruditio*nis* & ingenii laude praclari, moderati etiam sensu*e* exegetic*o* non nunquam praediti hermeneutae dicto nostro explicando nebulisque dispellendis manus admouerint, nullum tamen vnum, quod pace virorum doctissimorum dixerim, omni ex parte mihi satisfecisse, multum quidem ex eruditis illorum scriptis me didicisse, ingenuo profiteor. Quam ob rem cum apud me constituissem meis ipse oculis tam arduam rem inspicere, haec qualisunque exorta est commentiuncula. Principia enim, quod cuilibet accuratius rem consideranti facile erit ad intelligendum, obscuritatis causa*is* in difficillimae vocis נָשָׁה rite definienda potestate collocanda videtur. Diuerso nempe modo a diuersis legitur vocula, unde prono alueo fluit, quod inter commentatores de illius origine & significatu obseruat*ur* sententiarum diuortium, quamlibet quidem alias adhuc accedere rationes, infra videbimus.

Tribus igitur momentis nostra absolu*t*ur exercitatio. *Pri*
mo in variis vocis inquiremus lectiones, *deinde* potiores adduceamus nominis interpretationes, quibus *denique*, nostri animi sententiam modeste adiungemus.

§. II.

Quoniam itaque in vera vocis lectione stabilienda cardo rei verti videtur, animum nunc ad id applicare inuabit, ut variis qui hic inueniantur legendi modis sub examen vocatis, genui-



7

nuinum eruere tentemus. Quatuor hic nobis occurunt lectio-
num variantium species, si discesseris ab illa, quam textus im-
pressus exhibit. Alii nempe legerunt **שלוח** sine quod illi
est, sine cui illud est, alii **שי** munera ei, alii **שילוח** missus
est mittendus, alii denique dantur, apud quos **שלוחה** Salomo
scriptum fuisse videtur.

§. III.

Primam lectionem puta **שלוח** sine sequuntur inter ve-
teres interpres Syrus, Arabs in Polygl. Onkelos, Paraphrastes
Hierosolymitanus, Alexandrinus, Aquila, Symmachus, Theodotion.
Quibus adduntur Codex Ebraeo-Samaritanus eiusque Paraphrasis. Ut
eo melius hanc auctoritatem dijudicare possis, non piget, loca ex
his auctoribus adscribere, licet ob defectum typorum ebraeo
charactere etiam in reliquis Orientalium linguis uti cogar.

Arabs Polygl. **אליהו** אֵלֹה הַז לְה vsque eo dum veniat
is cuius ipse est.

Syrus **עָמָן דְּגָתָא מִן דְּרִילָה** donec veniat is, cuius illud est.

Onkelos **עַד דִּתִּי מֶשְׁיחָא דְּרִילָה הִיא מֶלֶכְתָּה** Messias cuius est regnum.

Targum Hierosolymitanum **עַד זָמָן מֶלֶכָא מֶשְׁיחָא דְּרוּדִיה תִּיא**.
vsque ad tempus quo veniat rex Messias, cuius est
regnum.

Codex Ebraeo-Samaritanus ponit pro **שלוח**, **שילה**.

Paraphrastes eius ita vertit locum: **לא יסתי שבט מיהורה ומגנרג** מבחן סדרש **עד הלא יתוי**, **שלוח**
Non recedet sceptrum a Iehuda & duxor e medio ordinum illius, vsque quo veniet **שלוח**.

Alexandrinus



Alexandri. ἐως ἀν ἐλθῃ τα ἀποκειμενα αὐτῷ.

Theodotion. ἐως οἱ τα ἀποκειμενα αὐτῷ. a)

Aquila. ἐως ἀν ἐλθῃ ω ἀποκειται. b)

Symmachus. ἐως ἀν ἐλθῃ ω ἀποκειται. c)

Mirifice autem in LXX. variant patres, alii nempe legunt τα ἀποκειμενα αὐτῷ, alii δὲ ἀποκειται, aliī ω ἀποκειται. Ultimum quidem legendi modum inuenies apud Iustinum in Apologia secunda. Eius verba sunt: Τιμετον υν διν διηγεῖται εἴστασαι και μαθειν, μεχρι τίνος πη αἴρχον και βασιλεὺς ἐν Ιεδαιοις ιδιος αὐτῷ μεχρι της Φανερωσεως. Ιησος Χριστος τη φρεστερη διδασκαλη, και των σύγνομενων προφητειων εἴρηνται, ως προειρευθη υπο τη θειη σήμα προφητικα πνευματος δια τη Μωσεως, μη ἐκλεψειν αἴρχοντα απο Ιεδαιων ἐως ἀν ἐλθῃ ω ἀποκειται το βασιλεον. Legit autem δὲ ἀποκειται quod reprobatur eis, Origenes d) qui hoc modo locum adducit: υπ ἐκλεψειν αἴρχων οξ Ιεδα, ως ήγγειλεν οξ Ισραηλ ἐως ἀν ἐλθῃ δὲ ἀποκειται. Consentit Eusebius Comment. in Psalmos. e) vbi exstant verba: ἐως ἀν ἐλθῃ δὲ ἀποκειται, in margine autem apposuit Montfaucon L. ω ἀποκειται. Cyprianus autem legit τα ἀποκειμενα aduersus Iudacos. Plures hic adducere supercedo. Quamuis qui-

dem

- a) Hunc ita legisse testis est Drusius in Annott. in Pentateuch. apud Critt. Sacr. p. 422.
- b) Aquilam ita legisse testatur Eusebius Demonstr. Euang. p. 370. & 372. v. Origenis Hexapla ex Editione Bernhardi de Montfaucon, vbi hoc affirmatur T. I. p. 54.
- c) I. e. obseruat vir doctissimus se in schedis suis hanc lectionem scriptam reperisse, vnde autem prodierit nescire.
- d) v. eius Commentarium in Matth. p. 219.
- e) v. ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΥΠΟΜΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ in collectione noua Petrum & Scriptorum grancorum &c. quam edidit Bernhardus de Montfaucon Parisiis 1706. T. I. p. 416.



demi Clericus putet, hanc varietatem inde ortum trahere, quod τα ἀποκείμενα ἄντε in margine exposita fuerint per ω̄ ἀποκείται sc. βασιλεία, ideoque genuinam lectionem esse τα ἀποκείμενα; sequenti autem tempore textui irrepsisse ω̄ ἀποκείται: tamen alia docet ex Iustino, Mansaucon a) quod nempe ab illo in Dialogo cum Tryphone sit obseruatum, ω̄ ἀποκείται veram esse lectionem versionis LXX. viralis, id quod etiam annotauit Grotius in commentario ad h. l. b).

§. IV.

Ad secundam nunc progredior vocis nostrae variantem lectionem, qua scilicet pro שִׁילָה legitur Adducit illam R. Salamo Iarchi c) En verba eius: עַד כִּי יָבֹא שִׁילָה מֶלֶךְ המשיח שהמלוכה שלו וכן חרגנו אגקלום ומרשת אורה שי לו שנאמר וְיַבְּלֵל שִׁילָה i. e. usque dum veniat Schilo h. e. rex Mef-sias, cuius est regnum & ita interpretatur Onkelos, sed in Midrasch Aggada legitur שׁ munera ei sicut dicitur afferte munera terribili. Locus exstat. Ps. XVI. 13. Quae lectio etiam defendi videtur in Berechit Kezara sect. 79. vbi, testante Ray-mundo d) huiusmodi datur vocis explicatio. עד כִּי יָבֹא שִׁילָה שעתידין אסותו הعلיך להביא דורון למשיח בן דוד שנִזְנֵן בעת ההיא וְיַבְּלֵל שי ליהוה צבאות ut gentes mundi adferant munera Messiae filio Dauidis, secundum illud dictum: Tempore isto afferentur munera Iehouae Zebaoth.

B

§. V.

a) l. supra citat.

b) v. Crit. Sacri T. I. p. 426.

c) v. Biblia sacra hebraica & chaldaica cum Masora, quae critica hebraeorum sacra est, magna & parua ac selectissimis hebraeorum interpretum commentariis &c. studio fido & labore indefesso Io. Buxtorfii Basileae 1618. fol.

d) Pug. fid. P. 2. p. 241.



§. V.

Pedem promoueo ad terriam lectionis varietatem, illam nempe, qua pro **שִׁילָה** legitur **שִׁילָה** qui mittendus est. Tenet hanc vulgatus interpres, vertens: *dome veniat, qui mittendus est.* Ex quo satis appetat, illum pro nostro **ה** legisse **ה**, cum alias nullo modo hanc dare potuisse expositionem. Fauent huic lectioni praeter Romanae ecclesiae asseclas etiam nonnulli e nostris, de quibus infra.

Superest adhuc illa lectio, qua pro textuali substituitur **שִׁלָּה**. Hanc habuisse videtur Arabs quidam, qui, testis est Durellus, * pro **שִׁילָה** in codice suo vertit **שְׁלֵמָן** Soliman. Quod autem ad testes lectionis bibliorum impressorum attinet, videmus, quod texui nostro adstipulentur ex antiquioribus interpretibus Jonathan & Arabs Erpenii; hic quidem retinuit vertens **שִׁילָה**: que quo veniat Schilo; ille autem hoc modo locum **תְּמִימָה**: **עַל אֶזְרַי שִׁילָה** vertens **עַד זָמָן דֵי יְהִי מִלְכָא מִשְׁיחָא צָעִיר בְּנֵי** **עַד זָמָן דֵי יְהִי מִלְכָא מִשְׁיחָא צָעִיר בְּנֵי** quo veniat rex *Messias* parvulus filiorum eius. Apparet ex verbis illius stare pro textu nostro & voculam ita reddidisse, ut complures ex nostris & Iudaeorum interpretibus vocem **שִׁילָה** vertentur. Huic auctoritati accedit, quod omnes huc usque collati publicique iuris facti codices hebrei manuscripti amicissime cum nostro textu conspirent.

Si

*) v. The hebrew text of the parallel Prophecies of Iacob and Moses relating to the XII. tribes with a translation and notes and the various lections of near XL manuscripts, to which are added 1) The Samaritan Arabic version of those passages, and part of an other arabic version made from the Samaritan text neither of which have been before printed 2) a Map of the Land of promise 3) an append containing IV. dissertations by D. Durell principal of Hertford College Oxford 1763. 4l. mai.

§. VI.

Si igitur nunc disquiremus, quae vera nobis videatur vocis lectio; facile quilibet hoc nobis dabit, lectionis שְׁלֹמָה pariter ac illae, qua scriptum fuisse veri simile est, valde infirmem esse auctoritatem. Illa quidem genium rabbinicum maxime olens nullis plane immititur rationibus. Ne vltus quidem codex illi fuit, ipsis antiquorum Iudeorum interpretationibus repugnat. Sed missis his, loca alia S. C. certe aborto collo ad hanc lectionem illustrandam rapiuntur, quae textui prorsus contraria est. Haec quidem textui ipsi nullam vim inferret, nullus autem quoque, praeter codicem, ex quo Arabicæ versionis a Durello citatae auctor translationem confecit, adduci potest testis, qui pro שְׁלֹמָה legerit שְׁלֹמָה, quod quidem Arabem nostrum in suo codice scriptum inuenisse iam ex hoc elucidere videtur, quoniam Arabum שְׁלֹמָן Soliman, pro quo olim etiam שְׁלֹמָך Salomon scribere solebant, idem est ac Hebraeorum שְׁלֹמָה.

Licet quidein illa quam tertio loco posuimus, lectio שְׁלֹמָן sue nullum habeat testimonium, nisi Vulgatae versionis auctoris, quem si hoc loco credis Hieronymum, sane magis adhuc debilitatur illius auctoritas, cum hic ipse in operibus suis Alexandrinis accedat. In Commentario enim, quem in Ezechiem scriptis, haec de loco nostro exstant verba: „Defecrat enim princeps de Iuda & dux de Israel, donec veniret, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium, 1). Quod si lectionem pro genuina & reliquis praferenda habuisset,

B 2

non

a) v. Hieronymi Opera T. V. Comment in Ezech. c. XVII. p. 363. editionis quae auctoritate Senerissimi Principis Friderici ducis Saxoniae Francofurti & Lipsiae prodit MDCLXXXIV. fol.



non vanâ spe vltiorem illius defensionem saltim enodationem exspectaueris, quum illius tempore Alexandrinae versionis lectio maxime fuissest vistata. Sed nullibi aliquid huic simile reperi-
re potuimus, potius ipse recedens valde vacillantem illam red-
dit. Nihilo tamen minus fuerunt, qui pro illa pugnarunt, quin
qui modum, quo lectio שילשׁ, ex illorum sententia prorsus reii-
cienda, pro שילשׁ substituta fuerit, sibi enarrandum sumserunt.
In quorum interpretum censem veniunt, vt praetermitam Cor-
nelium a Lapide ad h. l. p. 307. Bonfrerium, & alios, Gabriel
a Costa a) qui post Hieronymi actatem lectionem in שילשׁ
permutatam esse contendit, Gord. b), Huntlaeus qui hac via lectio-
nem Schiloach defendere tentat: „Olim, inquit, in he-
„braeo erat שילשׁ Schiloach missus id est mittendus, verum Iu-
„daci reuera non vno modo nomen Christi Siloe corruerunt,
„nam in primis adiecerunt Iod litteram, deinde litteram Chet mu-
„tarunt in He & quia videbant, hoc esse contra Grammaticam,
„rursus dicunt He ponи loco Vav. Atque haec omnia faciunt,
„vt ex nomine Messiae Siloe faciant nomen ciuitatis Silo, quo pos-
„sent hanc prophetiam trahere vel ad regem Dauidem, vel ad
„Saul, vel ad Ieroboam, vel ad Nebuchadonozor“. Ceterum
fauet huic lectioni Grotius, c) qui consentientem habet Flacium.
Ille quidem נישׁ aut variante dialecto aut Scriptura aberrante
pro שילשׁ positum putat, et hanc addit interpretationem: „Est
„ergo Siloh ἀπεθαλόερος nomen maxime Messiae proprium, qui
„summa potestate atque auctoritate a Deo missus est. Hic
autem eo declinare videtur, quod forsitan a Iudeis esset substi-
tutum d).

Sed

a) Comment. in Genes. XLIX. Tract. §. 180. p. 50.

b) L. 1. Epit. Controv. c. 10.

c) Annott. in V. F. p. 53. & Critt. Sacr. T. I. p. 426.

d) Cl. Script. S. P. I. c. 1143.



Sed dicunt quidem non demonstrant, nullum enim neque ex patribus neque ex aliis historiae annalibus locum afferre possunt, ex quo, quae affirmant, vlo modo probare possint. Potius multi ex doctissimis Iudeis illis aduersantur, cum non solum iam ante Hieronymum veteres interpres vlo Messiam hic praedici fateantur, sed etiam multi qui post illius aetatem vixerunt. Quid autem quoque profuissest Iudacis talis corruptio? Estne ἡλίος hinc non tam latae notionis vox quam λαλίος? Numquid illud minus detorqueri potest a cauillatore vel veritates auersario, quam hoc? Non crediderim. Cui plura contra hanc sententiam legere lubet adeat Glassium in Philol. sacr. p. 71. & 72. & Sixtinum Amamam Cens. V. V.

§. VII.

Sed num is, quem primo adduximus, legendi modus, scilicet ἡλίος palmam nostri textus lectioni non praeripiatur nunc nobis erit inuestigandum. Testibus illius supra annumerauimus Theodotionem, quamuis illum omiserit Montefalconius. Quo iure id a viro doctissimo factum sit, nos sane nescimus, quin Eusebius, ex quo etiam sine dubio haustus Drusius supra laudatus, illum LXX. secutum esse, plane & distincte doceat. Verba eius: Οὐδὲ πρότερον παυσάνται τοῦ Ιερώνυμος ὀργάνωτες καὶ ἕγκυμονοι, οὐ τούς ἑθνῶν προσθόντιαν ἔλθειν καὶ τὰ ἀποκείμενα τῷ προφητευμένῳ. Ταῦτα δὲ ὄμοιοι τοῖς Εβδομηκοντα καὶ ὁ Θεοδότιος ἐγράψεν. Non minus confirmat Eusebius, Symmachum legisse καὶ ἀποκείται dicens: ταυτηγύν, loquitur de tribu Iudee, οὐτε την ἑβραϊκὴν τον Συμμαχὸν περιεργόντος θεοπίζει, ἐως ἀν ἔλθη, φησιν, ω ἀποκείται, καὶ αὐτὸν ἐσεσθαι τον ἑθνῶν προσθόντιαν. a)

Nunc accedamus ad lectionem ipsam quam sane auctores

B 3

haud

a) vide Eusebii demonstr. Euang. I. VIII.





haud parui nominis tueruntur. Quam ob causam etiam omnibus aliis illam praeferre haud dubitauit R. S. Iarchi a) qui ita in hunc locum commentatur: עַד כִּי יָבָא שִׁילָה מֶלֶךְ הַמָּשָׁיִחַ vsque dum veniat שִׁילָה rex Messias, cuius est regnum. Errauit igitur Grotius, qui L. V. de Veritate R. Christi hunc doctorem Iudeum per בְּנוֹ expostrisse affirmat. Assentitur etiam Angelus Caninius b) hanc proferens interpretationem: cuius siue cui omnia sunt. Ad quem significatum illustrandum arabicum אלה Alla in medium profert prorsus idem cum شִׁילָה significare contendens. Lapsum esse Caninium quilibet facile concedet, cui modo considerare lubet, quod haec duo vocabula, tam illorum significatus, quam originis ratione habita, nihil prorsus inter se habeant commune. Illud enim arabicum, cui potestas Numinis colendi subiecta est, descendit ab אלה cotuit adorauit; hoc autem شִׁילָה notionem cui omnia sunt sustinere affirmat ipse, proin idem illud esse cum pronomine מֶלֶךְ in dubium non vocat. Fauet huic lectioni etiam b. Baumgartenius in notis vniuersali mundi historiae ex Anglicana lingua translatea adiectis c).

Quamvis autem, si de hac lectione in vniuersum quaestio est, multi veterum interpretum illam tuerantur, tamen rationes adsunt, quae genuinam eandem esse, dubitare suadent. Primo enim ne vllus quidem in libris Mosis occurrit locus, vbi culae exemplum adduci potest, quae demissa in libris post Baby-

a) vid. Buxtorfii Biblia supra citata.

b) vid. Angeli Canini Disq. in loca aliquot N. T. apud Critt. Sacr. T. VII. p. 2952.

c) v. allgemeine Welt - Historie II. p. 239.



Babylonicam captiuitatem scriptis vsu venit, saltem ante Davidis tempora prorsus ignota videtur. Deinde Codex Samaritanus eiusque Versio, legunt quidem שָׁלֹּו sed quod pro שְׁלֹּו id quod ei est vocem reputarint, ego quidem nullo modo credere possum, quum illorum lingua prorsus respuat וְ pro וְאֶשְׁרָא, pro quo illi ponunt vel וְ ut Syri vel אֶשְׁרָא. Hic igitur codex eiusque Paraphrasis potius contra lectionem שְׁלֹּו quam pro illa pugnare videntur. Littera וְ autem apud illos, inde forsan omissum est, quod illam pro matre lectionis reputarunt, quam, cetero puncta vocalia illos minime scribere constat, etiam neglexerunt, de vera vocis potestate incerti, vel proprium nomen illam habentes. Saltem ex dictis hoc inferri posse persuadeor, Samaritanos minime a parte illorum stare, qui vocem ut וְשָׁלֹּו, quod illi est siue cui est legerunt. Praeterea autem וְ pro וְ lectum fuisse, ego nullus dubito, cum non in nostro solum capite illius existent exempla v. c. versu nostrum textum sequente, vbi שְׁרֵי legitur pro עַרְיוֹ וְ כְּתָה pro כְּתָה; sed in compluribus etiam aliis sacrorum oraculorum dictis. Porro autem quid obstat, quo minus credamus, ab illis etiam pro matre lectionis habitum fuisse, prae primis cum illo tempore, quo interpres, vixerunt, qui primo hanc variationem proponunt; lingua hebraea vita communis loqui desierat; & ut mihi videtur haec lectione vocis שְׁלֹּו illis placuit, quia vera vocis indoles ipsis ignota שְׁלֹּו autem frequentissimum erat, ideoque hanc lectionem eligere non dubitarunt, cum melior ipsis in mente non venerit. Firmat hanc opinionem Iarchi, vir inter Iudeos longe doctissimus, qui lectionem שְׁלֹּו retinet, & tamen ita interpretatur, ac si scriptum esset שְׁלֹּו. Ait enim: עַד כִּי יָבָא שִׁילָּה מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחָה שְׁמַלְכָּה שְׁלֹּו usque quo veniat rex Messias cuius שְׁלֹּו est regnum. Ex hoc patet illum scriptione שִׁילָּה mini-



minime in dubium vocata legisse שָׁלֹן quod facere nullo modo potuisset, nisi pro matre lectionis reputasset. Haud obscure id etiam docet Aben Ezra qui de שִׁלְתָה inquit אַתְּ רִישׁ בְּרוּךְ הַמְּתֻرָגֵם אֶרְמִית נְטַעַת שָׁלֹן). Sunt, qui secundum paraphrasin chaldaeam dicunt שִׁלְתָה significare שָׁלֹן. Quid igitur impedit, quo minus illos interpres eodem modo vocem שִׁלְתָה legisse credamus, prae prius si considerare velimus, quod supra commemorauimus, שִׁלְוָה tunc temporis, quo bibliorum versiones confectae sunt, visitatissimum, facilissime pro שִׁלְתָה substitui potuisse.

Aliae autem ex textu ipso desumptae rationes superesse vindentur, quae huic lectioni repugnant. Licer enim facilissime concedamus **ה** pro **ו**, in similibus casibus ponit, tamen id minime rem hic conficit, quod saepissime sibi persuadent interpres. Non enim tollit magnam illam ellipsin, quae cuique leviter attento obuenit, cuius certe exemplum nullam adducere potuerunt huius lectionis fautores; loca quae proferunt, nimis probant, quod statim videbimus. Deest enim secundum hanc legendi rationem, nominatius rei illius de qua sermo est, haud mediocris certe momenti res, quippe quae totius vaticinii sensum determinat. Certe quod de lectione Alexandrinorum iam obseruauit **ב**) Basnagius, eodem iure de lectione שִׁלְוָה ipsa dicendum esse credo: „Afin de decouvrir un sens juste dans ces paroles, il faut remplir le hiatus le vuide. Quod fatetur vir doctissimus de hiatu in LXX. id etiam valet de nostro textu, si legamus שִׁלְוָה. Quod si autem שְׁבָט repetendum putes, tunc minime video, quo pacto Messias vel in viuens rex ex Iudee posteris hic innui possit, quod tamen probatum eunt hi interpres. Si enim Messias ex Iudee tribu oriri

a) vid. Buxtorfi bibl.

b) Basnac Histoire des Juifs I, IV. ch. 20. §. 5.



oriri debuit & ipsum secundum hanc explicationem regnum & omnia manebant, tunc certe illo adueniente non defere reges ex Iuda descendentes, quod tamen dicto contrarium est, sed ipse Messias regnum in hac tribu continuauit. Praeterea nullo modo **שׁבָּה** hic subintelligi potest nisi duplum vocis significatum in eadem periodo statuere velis; & quis hoc feret? Sceptrum enim sive regnum mundanum tempore Iacobi & longis postea temporis intercalis omnibus rite electis & ex Iudea tribus ortis regibus erat **אַנְגָּלִים**. Nonne varicinium exhibere debet notas, illi soli proprias, in quo impleatur, quis autem illas hic reperiē potest? qui quaeso, hac lectione ac interpretatione, hic **praedictus** a quoouis Iudeorum rege dignosci potuit? Locum illustraturi adducunt commentatores dictum illud *Ezechieli* XXI, 27. **וְהִי עַזָּה עַזָּה אֲשִׁימָה נָסֵת זֹאת לֹא הִוָּה עַד בָּא** **אָשֶׁר לוּ** **הַמְשֻׁטָּה נְחַתְּיוּ** Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem remouebo, et si hoc prius non fiet, quam venier ille, qui iudicii mei sententiam exequetur, & cui hoc faciendum commisi. Certe quo iure de hoc loco sibi gloriari possint interpretes, id me acutiores iudicent. Meo quidem iudicio magis facit ad sententiam illorum diruendam, quam stabilendam. Lectio **שְׁלֹו** pro **אֲשֶׁר לֹא** certe hic non obtinet, potius posterius hic legimus. Deinde subiectum minime deest, quod tamen in nostro loco saltum lectione **שְׁלֹו** pro genuina habita omnes fatentur. Forsitan hiatum nostri loci ex hoc Ezechieli effato supplere lubet? idcircone **בְּשָׂמָחָה** in Iacobaeo oraculo subaudiendum statuamus? Certe ipsi huius lectionis fautores hoc minime dicen; tamen qui rigidorem aduersariorum hoc molientem colibere possint, ego minime perspicio, quem sibi met ipsi hanc libertatem permittant suoque genio indulgentes subintelligent, quidquid illis in mentem venit. Sed misilis his tamen hoc nobis dandum esse arbitramur, hanc lectionem textus nexui aduersari illaque seruata, sensum plane dubium.



& ambiguum reddi eodemque lubrico interpretandi genere quid quis ex quoouis sacri codicis oraculo inferri posse, veritatemque exosis viam latam pandi diuina effata in omnes partes detorquendi. Quamuis igitur non eorum numero accenseri velim, qui vbiique textum, quem in bibliis impressis reperimus, contra omnes medelas criticas, argumentis quibus ytraque pars inititur minime pensatis, defendere tentant, tamen allatae rationes me mouent, hic lectionem nostri textus genuinam agnoscere eandemque reliquis anteponere.

§. VIII.

Sed qualis *notio* subiecta est huic voci נָשָׁה? Hic magna nobis occurrit interpretationum multitudo, quarum autores & defensores mirandum in modum sibi iniucem repugnant, & sane non tam facile erit has magnas componere lites earumque causas tollere. Tentemus itaque, quoad eius nobis facere licebit. Hoc consilio palmarias loci commentationes earumque magni nominis tutores strictim exponentes, quid nobis statuendum videtur, breuiter docebimus.

§. IX.

Sunt nempe, qui yatem diuinitus afflatum magnum illum Israeliticæ gentis ducem ac liberatorem *Mosèm* praedicere credunt. *Alii contra* de vrbe *Siluntis* Iacobum loqui sibi persuadent. Dissentient *alii* qui, primum illum quem Deo iubente Iudae tribus populo dedit, regem *Dauidem* hic promitti contendunt. Non minus feliciter rem suam agere sibi videntur, qui superbissimum illum Babyloniae regem iudaicaeque rei politicae ac publici religionis cultus destructorem *Nebuchodonosorem* a Patriarcha diuinari existimant. Repugnant *alii*, qui *Ierooboamum*, *alii* qui *Saulem*, *alii* qui *Salomonem*, *alii* qui *Abiām* hic querunt. His autem omnibus contradicunt illi, qui *Messianum* hic prophetae argumenta adducant, varia denuo agmina constituentes.

Deni-

Denique sunt, qui prorsus dubii haerent, nullo modo certi aliquid hic definiri posse affirmantes.

§. X.

De MOSE intelligit locum R. S. Bechai ^{a)} qui Iacobum haec praedicere contendit, fore, ut regnum sit pene Iudee tribum, usque ad tempora Mosis. Eadem etiam exhibetur explicatio in ^{b)} his verbis: שֵׁילָה בְּאַל הַתּוֹרִיּוֹת (בְּגִימֶטְרִיאַת מֹשֶׁה Schilo per Gematriam est Moses (quia nempe in utraque voce idem numerus continetur 245.) quamvis paulo ante per candem Cabbala speciem dicatur: בְּאוֹ שֵׁילָה יְמִינְתִּי ^{c)} 1. e. בְּאַל שֵׁילָה est per Gematriam Messias (quia tam illae voces quam haec numerum 358. exhibent.) Quam futillis haec sit interpretatio; me non monente quilibet facile videt. Eo autem praecipue sine illam adduxi, ne quis nimium Iudeorum explicationibus statuat, ane quam rationes illarum persisterent. De Mose autem alii etiam locum explicitant, ceu videre est apud Menasse Ben Israel ^{c)}. Ne vllum autem pro hac sententia afferriri potest argumentum, nam sceptrum & legislatoria potestas prorsus ignotae res erant populo israelitico ante Mosis aetatem, multo minus illis gauisa erat tribus Iudee, quae potius cum reliquis tribubus post mortem Iosephi in servitatem adducta illaque oppressa erat usque ad tempus, quo omnis populus per Mosen a Deo institutum ea liberabatur.

§. XI.

Progredivor igitur ad aliam vocis interpretationem nempe, qua de urbe SILVNTIS vaticinium nostro loco contineri affir-

C 2

matur.

^{a)} in Commentar. in Pentateuch. fol. 73.

^{b)} Buxtorfi biblia hebraica cum commentationibus Rabbinorum h. l.

^{c)} in Conciliatore. Qnaest. 65. in Genelin.



matur. Primus qui huius expositionis mentionem iniecit, est *Aben Ezra* in commentationibus suis in Genesim a) ubi de nostro loco verba faciens inter alias sententias etiam hanc recenset. Ait: *שִׁמְרֵשׁ אֶחָדו עַל יְמֵי שִׁלְהָ יִפְרַשׁ יְבוֹא כְּמוֹ וּבָא הַשְׁמֵשׁ* Sunt, qui interpretantur illud scilicet *de urbe Siluntis & יְבוֹא ut in illa pbrasi, occidit Sol, siue donec veniat finis Siluntis.* Erravit igitur *Hillerus*, b) qui *Aben Esram ipsum* hanc sententiam sicut fecisse contendit, quod minime ex hoc loco dici poterit, ubi inter varias dicti interpretationes, quae ipsi cognitae erant, etiam hanc assert, nullo autem modo docet an illi assentiat, nec ne.

Huic sententiae repugnat autem, quod *Silo* nomen urbis proin foeminiū minime coniungi possit, cum verbo masculino, quod tamen hic adest *כְּבוֹא*, deinde autem *בְּבוֹא* quidem dicitur de occasu Solis ex idea Orientalium, nullibi autem de interitu urbis hoc verbum usurpari solitum sit. His autem accedit, quod etiam vaticinio ipsi repugnat haec explicatio, quam longo tempore post urbem Siluntis dirutam adhuc floruisse tribus Iudeis quin maiorem splendorem nastra, quam antea. De hac urbe quidem locum etiam intelligit *Lipmannus* c) alium autem sensum dicto inesse affirmans hanc suppeditat explicationem *עַד כִּי בְּגָתָן שְׁלָמָה עַד שְׁכָנָה לְשָׂלָה* donec venerine Siluntem quo sensus itaque esset; Iudei tribum habiturum esse sceptrum, usque quo veniret Siluntem. Nemo quidem insignificari potest, urbem hanc interdum eodem modo scribi, quo nomen in dicto nostro occurrēns, quod iam obseruauit S. R. LILIENTHALIVS in codice Regiomontano & etiam legitur in quibusdam bibliorum impressorum editionibus quip refer illas, quas curauerunt *Nizzelius* Luga. B. CICIOCLX. & *Munsterus* Basil. CICIOXLVI. ad *Indie.*

a) vid. *Buschorfi biblia supra citar.*

b) vid. *Hilleri diff. de Schilo* p. 4.

c) *Nizzachon* n. 46. p. 27 edit. *Hacsp.*

Iudic. XVIII, 31. In codice Regiomontano autem saepius adhuc hoc modo urbis nomen scriptum venit, loca sunt *Ios.* XVI, 6. *I. Sam.* IV, 4. *I. Reg.* II, 27. *I. Sam.* VI, 3. Nihilo tamen minus, qui in itinere per deserta hoc Iacobi vaticinium impletum sit, ego minime perspicio. Quamuis enim *Num.* X, 14. reliquis tribubus Iudee familia praecesserit, tamen eodem modo in expeditione in Cananitas, Rubenitae Gaditae & dimidia pars tribus Manasse in fronte exercitus collocati primi in hostem impletum fecerunt, & denum post Iosuae obitum illam tribum Deo iubente primam aciem tenuisse sacra oracula tradunt; ex quo patet, eandem antea hanc praerogativam non habuisse sibi constantem. Quomodo enim Deum consulere potuissent, quis mortuo Iosua agmen duceret; si hoc iam antea huic tribui fuisse praecepit. Attamen quae de sceptro & legislatoria potestate praedicit vates, prorsus hic defuerunt, quod etiam cum strictissima illa per deserta Theocratia minime constare potuisset. Impropium autem sensu accipere מִשְׁבֵּת mihi toti oraculi nexui, praeprimis autem versu non repugnare videtur, ubi certe imperium hujus tribus distinctius declarare non potuisset Iacobus, cuius autem per totum iter in terram promissum nec vestigium nec volam deprehendimus.

Nostris autem temporibus calculum huic sententiae adiecit S. R. TELLERV^s b). Quamuis quidem vir celeberrimus inter sacrarum literarum narratores praecepit locum occupet, tamen aperte confiteor, me viri doctissimi opinioni in hac re non accedere posse. Quae autem preter illa, quae supra annotauimus, adhuc monenda essent diligentius exculta sunt a viris celeberrimis

C 3

S. R.

a) v. *Lilienthalii Commentat. Critica in 2. Codd. MS. Regiomonti 1770. b. l.*

b) v. *Viri doctissimi Notas Criticas & exegeticas in Genes. 49. p. 139.*



S. R. LILIENTHALIO a) & S. R. ERNESTI b) & ab Anonymo
auctore c).

Secessionem faciunt ab his, qui quidem de vrbe SILVNT^E sermonem in nostro oraculo esse contendunt Iacobum autem metaphorice loquenter innuere per Schilo IEROBOAMVM Silunte vñctum, sibi persudent. Affertur haec dicti explicatio in libro Chaskuni s. Glassis marginalibus Bibl. fol. 70. d). Refellunt autem hanc sublimem metaphorae speciem sacrarum litterarum testimonia, quae IEROBOAMVM neutrum Silunte sed Sielem electum docent e). Eiusdem ponderis est alia interpretatio, de Abia Silonita, qui veste IEROBOAMI in XII. partes diuina decemque illorum ipsi redditis regnum Israelis illi promisit. Quam longe pertita sit haec dicti interpretatio quilibet facile videt. Nihil prorsus in illo continetur, quod in Abiam quadrat & quis quoque sub nomine vrbis intelliger hominem inde oriundum? Praterea regia potestas longius tempus adhuc post Abiam in tribu Iudea duravit quam ante illum, hac dignitate ornata erat.

SALEM potro quem Silunte vñctum affirmant, alii e Iudeis hic praedici afferunt f). Sed nihil de hac vñctione Silunte facta loquuntur sacrarum litterarum paginae. Deinde autem nullum imperium regium habuit Iudea tribus ante Saulem, quomodo ergo vates dicere potuit illam retenturam esse summum imperium usque ad tempus, quo Saul rex Israelis vngernerat?

§. XII.

De DAVIDE autem interpretatur locum Aben Ezra, g) qui his verbis illum exponit: לא יסור שבט גזרולה מיהוּרָה עד שכָא דוד שְׁחוֹת non recedet sceptrum dignitatis a Iudea, donec veniat Daud, qui fuit principium regni Iudea, i. e. qui fuit primus rex ex Iudea posteris. Quale autem quoquo sceptrum dignitatis habuit Iudea tribus antequam Dauides rex electus esset? Moze quidem gentis duce, illa mihi.

a) vid. Gute Sache der goettlichen Offenbahrung T. XIII. p. 148.

b) v. N. Theologische Bibliothek P. VII. Sect. III. p. 299.

c) Prüfung der Tellerischen Erklärung über Genef. 49, 10. non quis? sed quid? 1758.

d) Testatur id Helveticus in Vindicatione Vaticinii Iacobaci Genef. 49. v. Critt. Sacr. T. VI. p. 115.

e) 1. Reg. XII, 1, 2. 20.

f) v. B. LVTHERV M T. 8. Ien. Germ. fol. 66. von den Jüden und ihren Lügen.

g) v. Buxtorffii biblia h. l.

minime gloriarī potuit haec familia, nullum illius regiminis exhibent exemplum libri huius prophetae. An autem tempore Iosuæ siue Iudei, cum? Silent de hoc litterae sanctiores. Taceam, regiam potestatem, quae saltim per totum oraculi nexum a judiciali curatiis distinguitur, tunc temporis prorsus inter Hebraeos inauditam fuisse. Sed etiam inter Iudices fuerant complures ex aliis tribibus v. gr. *Ebul*, *Gideon*, *Elou*, *Iair*, *Abdon*, *Simfon*, *Samuel* & postea inter reges iam ante **DAVIDEM** fuerat Saul. Ergo ante **DAVIDIS** actatem, quem Aben Ezra putat *Schilo*, defuit hic principatus, Davidem ergo minime innuerit potuit Iacobus. Qui enim potuisset praedicere, sceptrum & potestatem rei publicae administrandae mansurum esse penes Iudei posteros, usque quo veniret Davides, qui prius tamen ex illa tribu dignitate regia ornatus est. His de causis credo, dubium haeret *Kimchi*, an de *Dauid* locus explicandus sit, an de *Messia*; teu videre est in libro radicum, vbi ait: **וְנִבְיאָה עַל דָּר שָׁהָא סְבֵט יְהוָה אֶוֹן עַל דָּר שָׁהָא יְהוָה**. *Prophetia autem est de Dauid*, qui ex tribu Iudei fuit, vel de *Messia*.

SALAMONEM autem in nostro oraculo praedictum assertit R. *Nissim*, quem inducit *Abarbanel* a) ipsique assentiri videntur. Verba eius: זכרי הדר הזה נראה לי כחון לפיש שלה מגורת ודרך אthon בשי' וכחו שם על החל שהוא לשון פשיעת עזון אמר שלא יסור שבט מיהודה והוא על שכבה חטאו שהו פשע שלמה שאחר זה יorder ממנה שבט המלאת שהיה לו על כל ישראל אבל עביז לא יקהת עמים ר' שישראל עמו שני השבטים והוא יהודה ובנימן אשר כנה בשם עמם.

Videmus itaque significatum nostri **שִׁילָה** hic deducit a **שָׁלֵל** & vt igitur transgressio & quidem **SALOMONIS** a Iacobo hic praedicta statuatur. Quomodo autem idem sit vel esse possit cum nullo modo probavit *Abarbanel*, neque probari potest. Deinde autem longum post **SALAMONEM** tempus continuavit sceptrum in tribu Iude ergo non recessit. Quam frigida autem praeterea sit hae expositione: Non receder sceptrum a Iude usque quo veniat error eius nempe **SALOMONIS** nemo non videt. - Equis autem porro *Iacobum* dixit crediderit: Non receder sceptrum a Iude usque &c. si tantum unum vel duos ex hac tribu in animo habuissent?

§. XIII.

Fuisse autem, qui **HERODEM** hic praedictum crediderunt, docet ex a) v. R. *Iсаaci Abarbanelis Commentarius in Pentateuchum Mosis ex Edit. H. L. van Bashuyzen. Hanoniae MDCCX.*



ex Epiphanio T. I. l. 1. Haeres. 20. b. CHRISTIANI Academiae nostrae quondam decus a). En verba eius: "ιν της τετε της ηγετησας, λοquitur de dicto Genef. 49., quidam perfusum habebant, Herodem esse Μεσσιαν" *Eusebius* obseruat quoque in Matth. XII. "Herodiani gene-re quidem erant Iudei: vehementer autem Herodem colebant, & ipsum esse dicebant Christum a Prophetis promissum". Nam quia pro-phetatum erat, tunc venturum esse Christum, quando deficeret, qui ex Iudeis imperaret: defecrata aurem in diebus Herodis, qui infantes necauerat, ideo hunc esse suspicabantur, qui venturus expectabatur".

Long: autem a veritate aberravunt, qui hanc sententiam fuerunt. HERODEM enim nequidem ex gente Israelicita multo minus Iudee sanguine natum testis est *Eusebius* b) his verbis: Ηρωδης δὲ Αιγαίατου παις Τερεβελῶν την ταν Ιudeias βασιλέων ὡπε της Ρωμαων συγκλήτου βαῖς εγχειρίστηκε, πρώτος τε ἄντρος εξ ἀλλοφυνογενεών βασιλεὺς τη Θάσης. Forsan autem obincis: Herodes erat tamen rex Iudeorum, ergo quod praedixit vates, valebat etiam de hoc? Respondemus, autem quae in hoc oraculo praedicuntur, pertinent solummodo ad tribum Iudeas, nisi forsitan extra cohaerentiam dictum sumere velis, quod minime licet interpretari. Patriarcha alloquitur in hoc capite omnes, sed singulos pariter filios. Et nostro commate diuinar fata Iudea posteris peculiaria; de illius igitur nepotibus necesse est, intelligamus quidquid fortunae hic promittitur. Ne igitur quidem ad alias tribus has praerogatiwas referre licet, nem-dum ad hominem prorsus alienigenam.

§. XV.

De VESPASIANO autem locum explicare videtur *Iosephus* dicens: τοῦτο ἵππου ἀντει μαλιστα πτερο τον παλιμον, ον Χριστος ἀμφιζόλος ὄμιας εν τοις ἱροις ιερουμενος γραμματιον, οις κατα τον καιρον ικεινον, ἐπο της Χρονος της αντων ἀρχη της ὁκιμησης. Τυτο ει μη δε οντοιον εἰλαβον, και πολλοι των σοφων ἴδειανθησαν περι την κρισιν. Εδηλος δ'αρια πτερο την Ουστησιων το λογιον ηγεμονα πανοικιδεντον την Ιudeias ἀντοχεισορο. Haec iste c).

Num *Iosephus* Imperatorem adulaturus, haec scriperit, an vera ipse habuerit, quae protulit, inquire nihil artinet. Hoc saltim obseruamus, nos huic interpretationi minime accedere posse iisdem moti rationibus, quibus praecedenti assertum denegare inducti sumus.

Animus quidem fuerat, varios nunc perpendere modos, quibus de Messia oraculum expoundendum ducunt interpres; hisque absolutis nostram de schilo addere sententiam. Quum autem temporis ratio id non permittat, siun hic abrumptimus, alii opportunitati reliqua seruaturi.

a) v. illius disp. III. de Pseudo-Messis variis p. 120.

b) Demonfr. Euang. l. VIII.

c) *Iosephus de Bello Iud. Lib. VI. cap. 5. §. 4. p. 1283.* Ed. Hudson.

3d 1291







DISSESSATIO INAVGURALIS CRITICO - EXEGETICA
DE
**SCHILO A IACOBO
PRAEDICTO**
Genes. XXXVIII, 10.

QVAM
IVSSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS
PRO
GRADV DOCTORIS PHILOSOPHIAE
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
DIE MAII ANNI CICIOCLXXIX.
SUBMITTET
IO. WOLFGANG. CONRADVS LINCK
FIRMASENSA - HANOICVS.



G I S S A E,
apud IOANNEM IACOBVM BRAVN, acad. typogr.